An Sagae, vel mulieres quas Expiatrices vulgatim nominamus, ignis multa sint damnandae? Resolutio.

Sunt, qui in mulieres, quas vulgatim Sagas nominamus, vel Expiatrices, ignis multa non faciendum jure censent, dum ex se nihil, nec quantum volunt, laedere valeant, sed potestatem solum limitatam, aut ligatam potius nocendi obtineant. Sicut inde notandum veniat, Exod. 8. quod Magi Pharaonis permissive ranas et serpentes facere potuerunt, sed ob maiorem prohibentis Dei vim, per Spiritum, ciniphes facere nequiverint, dicentes, nihil possumus, digitus dei hic est. At nos in diversum hoc argumento persuasi, concludimus

An Sagae, vel mulieres quas Expiatrices vulgatim nominamus, ignis multa sint damnandae? Resolutio.

Sunt, qui in mulieres, quas vulgatim Sagas nominamus, vel Expiatrices, ignis multa non sanciendum sure censent, dum ex se nihil, nec quantum volunt, laedere valeant, sed potestatem solum limitatam, aut ligatam potius nocendi obtineant. Sicut inde notandum veniat,
Exod. 8. quod Magi Pharaonis permissive ranas et serpentes facere potuerunt, sed ob maiorem prohibentis Dei vim, per Spiritum, cinipher facere nequiuerint, dicentes, nihil possumus, digitus dei hic est. At nos in diversum hoc argumento persuasi, concludimus

in eas in iumentos, vel igne, vel alio quovis graviore tormento, maximè grassandum, non ideo tantum, quod a Christianorum collegio, mente et corpore turpiter se se subtrahunt et peculiari cuidam dæmonij servitio obstrictæ, velut mancipia astringunt: aut ut verius loquar, in hunc finem appropriant, ut se in homines, quos odio habent, ritè ulciscantur, hos lædant, graveant, et interficiant quandoque, verum etiam quod legi divinæ oppugnant, quæ ne quis cum iumento rem habeat, ni mori velit, strictissimè mandat. Ubi hæc gravius quid committunt, et cum diabolo, ut cum eo unum corpus fiant, concumbunt, qui omnium iumentorum iumentum est truculentissimum, et exigens

leo, 1. Pet. vlt. Cap. dictus: aspis et basiliscus per Regem David. quod autem concumbens cum eo fiat vnum corpus, cum quo concumbit, Paulus apost. 1. Corint. his verbis quam solerter indicat: qui meretrici adhæret, cum ea fit vnum corpus, et duo sunt in carne vna. hæc paulus: si ergo ex his tribus meretricis, et diabolo, cui ab eo qui trinus et vnus regnat, ignis est præparatus in æternum, vnum conflatur corpus, et concumbens cum eo cum quo concumbit, in vnam substantiam coalescit, quis non iuris esse dixerit, si ignem sentiant apostata, nostrum elementum. Non infitiamur S. augustinum quando super Genesim scribit, addubitare, an hæ realiter cum diabolo concumbant, vt prolem habeant,

Conciliatoris nimirum placitis, 25. distinct. motum, qui dæmonum semen minimè foecundum esse testatur, quum testes ad generandum non sint princeps membrum, si spiritus a corde, qualitate et quantitate temperatus non accedat, quem ipsi deformosi corporis vitio non habeant. D. Augustinum et Conciliatorem magni habemus, sed maioris vir M. Chetronesem ducimus, qui dubio semoto, dæmones genitalia habere, et semine foecundos esse docet: quod ipsum salaces isti deformosissimis pecoribus generandi studio in loncellos infundant, et proles fariant, sed nostris dissimiles, et vanas ferme, simias referentes. Si tamen alicui Marcus ille testis exceptione dignus videatur, et magis

S. Augustin. subscribere statuerit,
vel id obiicimus, quod harum E-
rynnarum numerus in tam Im-
mensum excrescit mare, vt nemo
ab earum Incantationibus et
expiationibus tutus versari queat,
si non cremantur. Deus ob su-
am immensam benignitatem
nos ab harum tueatur malevolo
animo, qui vivit per saecula trinus
et vnus, Amen. /